UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto cerbonio ep[iscop]o. Cap[itulum]. xliij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

ſancti iudici preſentant᷑: ⁊ nouis ſupplicijs cruciātur. Et cū omnia tormēta ſuperaſſent: iuſſu prefecti ante idolū mercurij extra ciuitatē ducuntur: ⁊ ibideꝫ in cōfeſſione trinitatis triū capita ſecuribus preſcidunt᷑. Statimq̄ corpꝰ ſancti dionyſij ſe erexit: ⁊ caput ſuū inter brachia angelo duce ⁊ celi precedēte lumine ꝑ duo miliaria deportauit: ⁊ a loco ſcꝫ qui dicitur mons martyrū vſq̄ vbi nūc dei ꝓuidētia requieſcit. Multi vero circūſtantes angelorū melodiā cōcinentē audierūt: inter quos largitia vxor prefati lubrij chriſtianā ſe eſſe clamauit: et mox ab impijs decollata in ſuo ſanguine baptizata occubuit. Dū infideles iuſſiſſent: vt ruſtici ⁊ eleutherij corpora in ſequana fluuio mergerentur: ne a chriſtianis ſepelirentur. Matrona quedaꝫ nobilis nomine catula: lꝫ adhuc pagana: tamē iam propter viſa miracula ad chriſtū mēte conuerſa: vectores ad prandium inuitauit: et illis epulantibus ſanctorum corpora furtim ſurripi fecit: ⁊ in ſuo predio occulte ſepeliuit: que poſt modū perſecutione ceſſante inde ſuſtulit: ⁊ corpori dionyſij ſociauit: ac fideꝫ chriſti percepit. Paſſi ſunt autē. vij. idus octobris circa annum domini. xcvi. etatis vero beati dionyſij. xc. ¶ Die vero paſſionis ipſorum cum apud arelatum ſanctus regulus epiſcopus miſſarum ſolēnia celebraret: apoſtolorum nominibus in canone recitatis adiunxit: ⁊ beatorū martyrꝝ dionyſij ruſtici ⁊ eleutherij. Quo dicto cum adhuc eos viuere putaret: mirari cepit quomodo eorū nomina ſic ignoranter in canone recitaſſet. Et ecce tres columbe eidem in altari apparuerūt: habentes ſanctorum martyrū nomina ſuis pectoribꝰ ſanguine deſcripta. Qui diem notās: inuenit eos tunc per paſſionē a corpore migraſſe. ¶ Beatus autē dionyſius doctor eccleſie mirabilis et inſignis: ſcripſit libruꝫ de angelica hierarchia. Item de diuinis nominibus. Item de myſtica theologia: ⁊ alia forte plurima que noſtris temporibus inueniri non poſſunt.

¶ De ſancto Donino martyre. Cap. xlij.

Doninus martyr paſſus ē in territorio ciuitatis chryſopolis: ſcꝫ parmēſis ſub maximiano imperatore. Qui cum eſſet primus cubicularius eiuſdē auguſti: coronā eius ſeruabat: ⁊ de ipſius manibus maximianus aureolam imperialē accipiebat. Anno igit᷑ ſexto imperij ſui: cum roma mediolanū veniſſet: dedit contra chriſtianos edictū mortis. Inde veniēs in partibus germanie: chriſtianos quoſdā ibi inuentos decollari mādauit. Tunc erāt ibidem fideles quidā occulti circiter quīgēti. Inter quos ſctūs doninus potiſſimus erat: qui ceteros cōfortabat. Et dū imperator ad vrbem romam veniſſet: prefati omnes eū ſecuti eidē occurrerūt: ſeq̄ xpianos conſtantiſſime ꝓfeſſi ſunt. Quos omnes imperator decollari mandauit. Et quibuſdam ex ipſis occiſis aliquot fugerūt: vna cū ſancto donino: quidā per viam flaminiā: quidā per viam aureliā: quidam vero per viam claudiā. Doninus autē via claudia perrexit. Et dum veniſſet. xv. miliario ab vrbe chryſopoli: nūcij maximiani eū apprehenſum: in media via publica que claudia dicit᷑: iuxta ſiſtrionem fluuium decollauerunt: cuius corpus trūcum manibus ꝓprijs caput de terra leuauit: et ipſum deferens flumen ſuper vndas tranſiuit: atq̄ per iactum lapidis deportauit vſq̄ ad locum in quo quieuit: vbi ⁊ ſepultꝰ eſt miraculis clarēs. Inter q̄ oēs cum inuocantes: ⁊ de calice ipſius potantes liberat a morſu rabidi canis. Qui paſſus ē ſeptimo idus octobris.

¶ De ſancto cerbonio epō. Cap. xliij.

Cerbonius epiſcopꝰ populonie claruit tēpore beati gregorij pape. Qui dum hoſpitalitati eſſet intentus die quadā tranſeūtes hoſpitio ſuſcepit. Quos gothis ſuperuenientibus abſcondit: ⁊ eorūq̄ vitā ab illorꝝ nequitia reſeruauit. Quod dū totille gothorꝝ regi ꝑfido nunciatū eſſet: iratus crudelitate iuſſit epiſcopum teneri: ⁊ in loco qui merulis dicit᷑ octauo ab vrbe miliario vbi cū exercitu ſuo reſidebat ſibi preſentari: eūq̄ in ſpectaculo populi verſis ad deuorādum proijci. Tunc in cōſpectu regis epiſcopus ad mediū deductus eſt: atq̄ ad eius morteꝫ vrſus immaniſſimus exquiſitus: qui ex cauea dimiſſus: accenſus ⁊ concitus epiſcopū petijt: ſed ſubito ſue feritatis oblitꝰ: capite humiliter ſubmiſſo lābere epiſcopi pedes cepit: populuſq̄ qui ad ſpectaculum venerat mortis: magno clamore verſus eſt in admirationem venerationis. Ad cuius reuerentiā etiam rex ipſe promotus eſt: ipſumq̄ honoratum valde dimiſit: ⁊ eius ſe orationibus commendauit. ¶ Hic etiam in eccleſia ſua cui preerat: populonie ſepulchrum ſibi parauit. Sed cum longobardorum gens in italiam veniens cūcta vaſtaſſet ad helbam inſulam receſſit. Qui irruēte egritudine ad mortem veniēs: clericis ſuis precepit: vt corpus eius in ſepulchro qꝺ ſibi populonie preparauerat ponerēt. Cui cū illi reſpōderent: ꝙ illuc ipſum reducere minime poſſent: eo ꝙ longobardos ipſum locum detinentes vel illac diſcurſantes timerent: hortatus eſt eos vt ſecure ipſum illuc deportarent; et feſtine ſepelire cu-

raret: moxqꝫ ex eodē loco ſine vlla mora diſce-
derēt. ¶ Defuncti igitur corpus in naui poſue
runt. Cūqꝫ populoniam tenderent: ⁊ immenſa
nimis pluuia erupiſſet: per totum illud maris
ſpacium quod ab helba inſula vſqꝫ populoniā
duodecim milibus diſtat: circa vtraqꝫ nauis la-
tera procelloſa valde pluuia cecidit: ſed in na-
ui eadem: nec minima imbris gutta deſcendit.
Peruenientesqꝫ ad locum: corpus ſepulture tra
diderunt: ⁊ epiſcopi precepta ſeruantes: ad na
uem ſub feſtinatione redierunt. Quam mox vt
intrarunt in eodem loco dux crudeliſſimus lon
gobardorū gummarith aduenit. Ex cuius ad-
uentu cerbonium habuiſſe ſpiritum prophetie
claruit: qui illos ſepulto corpore inde diſcede-
re ſub feſtinatione precepit. Quieuit autē vir
ſanctus in domino. vi. idus octobris. Hec gre-
gorius. iij. dialogorum. cap. xi.

## ¶ De ſancto Paulino epo. Cap. xliiij.

Paulin⁹ epi
ſcop⁹ eboracen̄:
claruit apud idē
oppidum tēpore
bti gregorij pa-
pe. Cum eni idem ſanctus do-
ctor auguſtinū epm ad predi-
candum anglorum genti deſti
naſſet: vt dictū eſt ſupra in ge-
ſtis ipſius auguſtini epiſcopi
viij. kalen. iunij. Idem beatus auguſtin⁹ iuſtum
epiſcopū genti nordannialorum conſecrauit. i.
ei nationi anglorum: que ad aquilonem vmbri
fluminis habitabat. Qui iuſtis verbū fidei pre
dicando: eādem gētem cum rege ſuo eduino cō
uertit. Hic etiā iuſtus paulinum epiſcopum or
dinauit: ⁊ ipm ad eboracēſem ciuitatē in fide
confirmandā delegauit. Qui fructū plurimum
pdicationis in eadē ciuitate pfecit: ⁊ clar⁹ ſan-
ctitate in pace quieuit. vi. idus octobris.

## ¶ De ſctō Geraldo cōfeſſore. Cap. xlv.

Geraldus
cōfeſſor apd au-
relianū claruit.
Hic vir illuſtris
lemouicenſi ter
ritorio aureliaco pago nat⁹ ē:
a patre geraldo: matre adal-
trude de nobiliſſimis atqꝫ di-
tiſſimis. Qui dum inſimul ca-
ſte viuerent: nocte quadam di
uinitus in ſomnis admonētur: vt debitum ma-
trimoniale ſoluant: vt prolem mirificā procrea
re valeant: quem geraldum nominare debeant.
Excitatus igitur pater: debitoqꝫ ſoluto: iterū
obdormiuit: viditqꝫ ex pollice pedis ei⁹ dextri
vngulam naſcentē que in arborē magnam ſuc-
creſcens: palis ⁊ perticis ptegebat: nec tamen
in pede pondus aliquod ſentire videbat. Cūqꝫ
mater filiū adhuc geſtaret in vtero: ⁊ die qua-
dam cum viro eſſet in thalamo: trinam vocē au
diuit infantuli vagientis: ⁊ quaſi iam natiuocē
emittentis. Natus igitur puer ⁊ ablactatus: an
nis puerilibus deo deditus: litteriſqꝫ diuinis
mirabiliter breui tempore vltra coetaneos eſt
imbutus: iuueniſqꝫ effectus: armis: vtpote mi-
les nobilis exercitatus: cūctos in acie ſupera
bat. Defunctis autē parentibus: ex facultati-
bus ſuis egenis largiſſime miniſtrabat. Quem
diabolus ſemel viſiōe puelle pulcherrime eius
vaſalli filie graui tētatione pulſauit: ita vt ille
nuncium ad patrem mitteret: ꝙ nocte ſequenti
ad eum accedere vellet. Peccatum tamē timēs
orationem premiſit: ⁊ ſic ad domum puelle ac-
ceſſit: ⁊ a patre ſuſceptus fuit. Cum autem ten
tationem grauem ſentiret: ⁊ ad ignem ſederet:
puella ſibi vltra modū deformis viſa eſt: vt iam
quam viderat eſſe non putaret: niſi pater eius
illam eſſe penitus affirmaſſet. Sicqꝫ tētatione
ſuperata ſine crimine rediit: ⁊ patrē cum omni
familia libertati donauit: atqꝫ puellam nuptui
tradidit. ¶ Officiū autē diuinū ac ſi clericus
continue dicebat: ⁊ miſſam quotidie audiebat.
Cum autē die quadam agendis curie intētus:
miſſam audire non poſſet: loco miſſe pſalteriū
totum legit. Et extunc in conſuetudine duxit:
vt quotidie totum pſalteriū decantaret. ¶ De-
mum relicto ſeculo monaſteriū in proprio ſolo
in aureliaco conſtruxit: quod de ſuis facultati-
bus large dotauit: in quo ſe monachum fecit: ⁊
multa vite ſanctitate ⁊ abſtinentia claruit: pol-
lenſqꝫ virtutibus: feliciter ad chriſtum migra-
uit ſexto idus octobris. Sepultuſqꝫ eſt in ipſo
monaſterio miraculis clarus.

## ¶ De ſanctis Caſſio ⁊ Florentio ⁊ ſocijs martyribus. Cap. xlvi.

Caſſi⁹ et flo-
rentius martyres
cum ſocijs ſeptē
paſſi ſunt ſub ma-
ximiano imperatore apud be
ronam vrbem galliarum circa
rhenum fluuium. Cum enim
idē imperator de mauritania
aphrice: ⁊ de finitimis regio-
nibus propter gallorum fre-
quentes tumultus militum multitudinem de-
uocaſſet. Inter alios elegit milites. ccclx. ad
ſui cuſtodiam deputatos: quos vna ſecum cum
ſacra legione thebeorum in galliam adduxit.
Poſtqꝫ autē legionem predictam occidit chri-
ſtum dominū confitentes: prefati milites tre-
centūſexaginta chriſtianiſſimi ab eodem impe
ratore diſcedentes per diuerſa loca fugerunt:
quorum precipui erant caſſius: florentius: ge-
ron: maloſus: et victor. Qui vna cū eorū ſocijs